



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

33. De muliere, quæ in sumenda Eucharistia vitum fallere volens, panem vulgarem loco Eucharistiæ ex composito sumens, eundem in lapidem conuersum persensit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

68 COLLATION. SACRAR.

qui id & vidisset, ipse, & audiisset, quod quod
 hac vita emigraturi sunt, si myfteriorum cum
 iusmodi cum pura ac munda conscientia nem,
 rint participes, spiritum efflati ab angelis deni
 lorum animas satellitum more stipantibus Mu
 propter assumptum illud sacrum, hinc re prop
 in caelum abducuntur. tinge

Ex Hermio Sozomeno lib. 8. Ecclesiastica Hist.
cap. 5. conigit autem circa annum Domini 432
muliere, qua in sumenda Eucharistia virum su
re volens, panem vulgarem loco Eucharistia
composito sumens, eundem in lapidem conuersi
per sensit.

CAP. XXXIII.

VIR quidam è Macedoniana hæresi vi
 rem eiufdē opinionis habebat. Hic
 Ioannem Chrysoftomum, quomodo de
 sentiendum esset docentem audisset, dogma
 illius laudabat, & uxorem quoque vt sece
 sentiret, hortabatur. Cū verò illa magis no
 bilium mulierum sermonibus, quàm illius
 consuetudini obtemperaret, & post frequen
 tes admonitiones vir illius nihil effecisset: N
 si, inquit, in diuinis confors fueris, neque
 vitæ communionem post hæc eris. Mulier he
 audito, & consensum pollicita, rem eam
 mulæ cuidam communicat, quam sibi fida
 esse iudicabat, illiusque opera ad fallendū
 virum vitur. Circa tempus autem myfterio
 rum (sciunt initiati quid sit, quod dico) illa
 quod

quod accepit continens, quasi oratura pro-
 cumbit: famula adstans clanculum, illi dat pa-
 nem, quem secum in manu attulerat. Hic cum
 dentibus admoueretur, in lapidem cōgelascit.
 Mulier perterrefacta metuēs, ne quid sibi mali
 propter eam rem, quę diuinitus acciderat, con-
 tingeret ad Episcopum cursu contendit, ac se-
 ipsam prodens lapidem ostendit, adhuc morssi
 vestigia habentem, & materiam incognitam,
 coloremque admirabilem ostendentem, si-
 mulque veniam cum lachrymis petens, viro
 suo consensuram se pollicetur. Quod si hoc
 cuiquam incredibile videtur, lapis ille testis
 est, qui etiamnum inter clinodia Ecclesię Cō-
 stantinopolitanę asseruatur.

*Ex vita S. Euthymij Abbatis authore Cyrillo Ere-
 mita, quę habetur in Tomo Swij 20. Ianuarij.
 Contigit autem ante annum Dominij 503. S. Euthy-
 mium sacrificanti lux immensa complectitur, cum
 adstante sibi Domitiano, & quomodo Euthymius
 angelos secum sacrificio ministrantes viderit.*

CAP. XXXIII.

EX hominibus quidem excessit Theodo-
 sius, à Ruba verò ad Laurā redit magnus
 Euthymius, & aliquando quidem vno sabba-
 torum, ille quidem Deo ministrabat, & ei in-
 cruētum obtulit sacrificium. Domitianus au-
 tem adstabat ad dexteram cum mystico illo
 venti labro, cum iam esset ter sancti glorifi-
 catio, Terebonque Saracenus, & Chryssippi
 frater